



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 78. Cæsareorum molimina pro Lotharingio Cardinale in primum Synodi Legatum subrogando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

tuæ ad Ecclesiæ Cathedralis Sacellum Divo Petro sacrum fuit translatum, ubi hodie dum sepulchralis illius inscriptio vilitur.

Ceterum die tertia Martii solemnes pro illo celebrabantur exequiæ, quibus omnes Synodi Patres intererant: imo ipse etiam Mantuæ Dux, & Cæsar Gonzaga ejus Frater, qui Cardinali Patruo suo usque ad extremum vitæ halitum adstiterant, Oenipontum proficisci differebant, defuncti corpus Mantuam usque comitantes, ubi eisdem magnifica prorsus pompa pro more justa persolvi curabant.

§. LXXVIII.

Cæsareorum molimina pro Lotharingio Cardinali in primum Synodi Legatum subrogando.

Pallav. c. 6.
num. 4.
Lett. de
Viscont. t. 1.
p. 117. &
119.

Postea Seripandus hujus Viri obitum summo Pontifici nuntiabat, eum rogans, ut alium a Sacro Collegio magis veteranum, qui se superior esset in Concilio, subrogare vellet: Cæsarei vero confestim in Lotharingium Cardinalem oculos convertebant, spargentes, si ea Legatio huic Cardinali committeretur, satis factum iri cunctis Principibus, & Nationibus, cum una omnes plurimum confidentiæ in eum re-

pone-

ponerent, ac proin certa prosperi, glorioſique exitus ſpes Concilio inde affulgeret: idcirco Nuntium ad Cæſarem ablegantes eundem hortabantur, ut ad id Pontificem precibus ſuis ſtimularet, dein autem ceteros quoque Oratores, ut & ipſi concurrerent, precabantur.

§. LXXIX.

Moronus, & Navagerus in Synodi Legatos nominati.

Verum jam ſeptima ejusdem Menſis Martii die ſummus Pontifex impoſuit fortunatas ejusmodi preces veritus clam habito Patrum Senatu Joannem Moronum, & Bernardum Navagerum ambo Cardinales in Synodi Legatos præſentibus omnibus Purpuratis creabat: ad horum vero electionem præcipue impellebatur, eo quod ambo hi Cardinales prudentia, rerumque experientia præ ceteris eminent, atque aliunde ſuum erga ſacram Sedem ſtudioſum teſtatum reddidiſſent. Referunt nonnulli, quod eo tempore, quo Pontifex e cubili ſuo ad hanc electionem proceſſerat, quamvis ſuum propoſitum nemini maniſteſtaſſet, Burdeſius tamen Cardinalis rem ſubodoratus de hac re ſermonem inſtituerit, ac Lotharingium Cardinalem eligendum propoſuerit: cum vero Papa hunc ipſum præ ceteris timeret, eo quod

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

*Pallav. n. 4.
& 5.
Sarpus l. 7.
pag. 660.
Mem. pour
le Conc. de
Trente lett.
de l'Isle au
Roy 8. Mar.
pag. 401.
Spond. hoc
ann. n. 10.
Rayn. ibid.
nam. 6.*